



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Capitularia Regvm Francorvm

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

Ejusdem praceptorum pro Trutmanno Comite.

urn:nbn:de:hbz:466:1-19366

PRÆCEPTVM PRO TRVTMANNO COMITE

Datum anno Christi D C C L X X X I X .

IN nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Amen. Karolus divina ordinante clementia Rex. Si Domino Deo exercitum succurrente in bellis victoria potiti sumus, in illo & non in nobis gloriamur, & in hoc seculo pacem & prosperitatem & in perpetuum futuro æternam mercedis retributionem nos promereri confidimus. Propterea omnes Christi fideles noverint quod Saxones, quos à progenitoribus nostris ob sua pertinacia perfidiam semper indomabiles ipsique Deo & nobis tamdiu rebelles quoquilibet illius & nostra virtute ipsos & bellis vicimus & ad baptizim gratiam Deo annuente perdiximus, primitaque libertati donatos, & omni nobis debito cenuf solutos, pro amore illius qui nobis victoriam contulit, ipsi tributarios & subjugales devotè addiximus, eoque in fide Christiana retinere optamus & perseverare cupimus. Quapropter in illa parte Saxonie Trutmannum virum illustrem ibidem Comitem ordinamus, ut residat in curte ad campos in mallo publico ad univerforum causas audiendas vel recta iudicia terminanda, iisque Advocatum omnium Prefbyterorum in tota Saxonia fideliter agat, superque Vicarios & Scabinos, quos sub fæ habet, diligenter inquirat, & animadverat ut officia sua sedulò peragant, tandem idem Comes omnia sua filii singulariter à nobis praescripta toto conatu & viribus perficiat, atque ita memoratus noster Comes Trutmannus bene ingenuus arque fecurus existat. Et ut ista ingenuitatis pagina firma stabilique consistat, manu propria subscriptimus & anuli nostri impressione signari jussimus.

Signum Karoli Regis invictissimi.
Hildebaldus Archiepiscopus Colonensis & sacri palatij Capellanus recognovi.
Data iv. Kal. Octobris anno dominice incarnationis D C C L X X X I X . Indictione xii. anno autem regni Domini Karoli XXI.

Actum in villa Trutmanni feliciter.
Amen.

CAPITVLATIO
DE PARTIBVS SAXONIÆ.

HÆC DE PARTIBVS SAXONIÆ CONSTITVTA SVNT.

INCIPIVNT CAPITVLA.

1. **D**e honore Ecclesiærum.
2. **D**e confusio ad Ecclesiæ.
3. **S**i quis Ecclesiæ per violentiam intraverit aut furatus fuerit aut incenderit.
4. **D**e jejano quadragesimali obseruando.
5. **D**e interfictione Clericorum.
6. **D**e mago & frigido occisis.
7. **N**e corpora defunctorum cremenatur.
8. **Q**ualiter panantur Saxones qui ad baptismum venire noluerint.
9. **D**e his qui homines demonibus immolant.
10. **Q**ue pana eos maneat qui cum paganis
- adversus Christianos conspirant.
11. **D**e eo qui infidelis est Domino Regi.
12. **D**e eo qui filiam domini sui rasperit.
13. **D**e eo qui dominum vel dominam suam interficerit.
14. **V**ita ei concedatur qui de mortalibus criminibus latenter commissis penitentiam agere voluerit.
15. **D**e rebus & mancipiis Ecclesiærum.
16. **V**t decima detur Ecclesiæ de omni re que ad fidicam pervenerit.
17. **V**t omnes decimam partem substantie & laboris sui donent Ecclesiæ.

Q. iii